

/ Illustrissime et Reverendissime Domine.

Prolixior in Urbe commoratio mea, et eius, qui has reddet praesentia exigunt, ne Ill<sup>mae</sup> Paternitatis tuae ad me humanissimas litteras silentio praeteream: miratus in eis fui, quae ego non merui,  
5 agnosco tamen circa me immensa Dei beneficia, et quod desolati gregis sui pastorem me fieri voluit, non sine vehementi animi exultatione omnibus mundi honoribus preepono, quamvis mihi ubique insidiae et pericula, non tamen sine consolatione, quae istius saeculi servitutes superat. Cecidit ubique sors mihi in preeclaris; siquidem res meae eo in loco sunt, quo beatissimi Thomae Cantuariensis erant postquam ad Sedem Apostolicam configisset. Precor Deum ut meritorum ipsius me consortem aliquando faciat per preces Illustrissimae atque Reverendissimae D. vestrae, pro qua Deum rogo ut tueatur, ipsumque obsecro, ut me ad solita certamina redeuntem, suis 10 orationibus iuvare dignetur. Romae 15 Febr. 1603.  
15

---

■■ [H.F. van Heussen, Batavia sacra, part.II, p.64.]